



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XXXVII. Libellus dotis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

superius nominatum, nec per ipsam  
cautionem, nec nullis modis ullo  
vnquam tempore tibi ex hoc nul-  
las calumnias, nec repetitiones age-  
re, nec repetere non debeamus.  
Quod si attentauerimus, ista tota  
seruata, vna cum socio fisco, auri  
vnciis tatis simus multandi; & præ-  
sens euacuatoria omni tempore fir-  
ma permaneat.

## XXXVII. LIBELLVS DOTIS.

**D**Vm omnipotens Dominus  
concessit iugale consortium,  
ut vnusquisque nubat iuxta cōsue-  
tudinem anteriorum Christianorū:  
& iterum legimus, quod ipse Do-  
minus noster cum discipulis suis ad  
nuptias inuitatus fuisset, & quo  
Deus coniunxit homo non sepa-  
ret: Quod bonum felix, faustumq;  
sit. Donat itaque ille honestæ puel-  
læ sponsæ suæ, nomine illo, quam si

Christo placuerit, in coniugium so-  
ciare vxorem cupio, donatumque  
in perpetuum esse volo, & de iure  
meo in ius & dominationem ipsius  
puellæ transcribo atque transfun-  
do, hoc est res proprietatis meæ in  
pago illo, in loco qui dicitur ille,  
tam mansis, domibus, ædificiis, to-  
tum & ad integrum re inquisita,  
seu mancipia stantia, his nominini-  
bus ille & ille, seu caballos tantos,  
boues tantos, vaccas cum vitulis  
tantas, oves, capita tanta ..... tantas,  
lectarias condignas ad lectos, fa-  
bricaturia, aurum, argentum in foli-  
dos tantos, utensilia vero tam ærea  
quàm ferrea, seu & linea, quicquid  
domo rationabiliter cõtinetur, om-  
nia superius nominata, cū dies fœ-  
licissimus nuptiarū aduenerit, dul-  
cissima sponsa mea illa, à die præsen-  
te habeas, teneas atque possideas,  
vel quicquid exinde à die præsente

facere volueris , liberam & firmissi-  
mam in omnibus habeas potesta-  
tem faciendi . Si quis vero , quod nec  
fieri credo , si ego ipse aut ullus de  
heredibus meis , vel quælibet vlla  
opposita persona , quæ contra hunc  
libellum dotis venire conauerit , in-  
ferat tibi , vna cum socio fisco , auri  
vncias tantas , & præsens libellus do-  
tis firmus permaneat .

XXXVIII. INDICVLVS  
Regalis.

**I**lle Rex Francorum vir inlustre .  
Cum nos in Dei nomine , pala-  
tio nostro , ad vniuersorum causas  
audiendas , vel recta iudicia termi-  
nanda , vna cum proceribus nostris  
resideremus , ibique veniens homo  
aliquis nomine ille , suggessit eo  
quod apud nostrum signaculum ,  
hominem aliquem , nomine illum ,  
mannitu habuisse , & super noctes  
tantas